

armis, viris, pecuniâ, totam locupletavit Africam. Hic quum in Italiam bellum inferre meditaretur, nono anno postquam in Hispaniam venerat, in prælio pugnans adversûs Vettones¹, occisus est. Hujus perpetuum odium erga Romanos maximè concitasse videtur secundum bellum punicum: namque Hannibal, filius ejus, assiduis patris obtestationibus² eò perductus est, ut inferire, quàm Romanos non experiri³, mallet.

XXIII.

HANÍBAL,

CARTAGINÉS.

CAPÍTULO I.

Hanibal excedió en prudencia á los demás generales. — Es perseguido por la envidia de sus conciudadanos. Su odio contra los Romanos.

Hannibal, Hamilcaris filius, Carthaginiensis. Si verum est, quod nemo dubitat, ut⁴ populus romanus

¹ *Vettones*. Estremeños. Esto tiene su dificultad atendida la historia de España, según la cual parece que esta batalla fué con los Edetanos ó Valencianos.

² *Obtestationibus*, Amonestaciones, ruegos.

³ *Quàm Romanos non experiri*. Que el no probar las armas con los Romanos.

⁴ *Ut*. Que. Cicron pro S. Róscio dico: non est verisimile ut.

omnes gentes virtute superarit, non est inficiandum Hannibalem tantò præstitisse ceteros imperatores prudentiâ, quantò populus romanus antecedit fortitudine cunctas nationes. Nam quotiescumque cum eo congressus est in Italiâ, semper discessit superior. Quòd nisi domi civium suorum invidiâ debilitatus esset⁴, Romanos videretur superare potuisse; sed multorum obtrectatio² devicit unius virtutem³. Hic autem, velut hereditate relictum, odium paternum erga Romanos sic conservavit, ut priûs animam quàm id deposuerit⁴: qui quidem quum patriâ pulsus esset, et alienarum opum indigeret, nunquam destiterit animo bellare cum Romanis.

CAPÍTULO II.

Hanibal hace entrar en sus planes á Filipo y á Antíoco contra los Romanos, por el odio que les tiene y que habia heredado de su padre.

Nam, ut omittam Philippum⁵, quem absens hostem reddidit Romanis, omnium his temporibus po-

¹ *Quòd nisi domi civium suorum invidiâ debilitatus esset*. Si la envidia de sus compatriotas no le hubiera sido de estorbo ú obstáculo.

² *Obtrectatio*. La mala voluntad, la persecucion.

³ *Devicit unius virtutem*. Pudo mas que el valor de uno solo.

⁴ *Ut priûs animam quàm id deposuerit*. Que dejó antes de vivir que de aborrecerlos.

⁵ *Philippum*. Rey de Macedonia, quinto de este nombre.

tentissimus rex Antiochus¹ fuit. Hunc tantâ cupiditate incendit bellandi, ut usque a Rubro mari arma conatus sit inferre Italiæ. Ad quem quum legati venissent romani, qui de voluntate ejus explorarent, darentque operam consiliis clandestinis, ut Hannibalem in suspicionem regi adducerent, tanquam ab ipsis corruptum, alia atque antea sentire, neque id frustra fecissent²; idque Hannibal comperisset, seque ab interioribus consiliis segregari³ vidisset; tempore dato adit ad regem, eique quum multa de fide suâ et odio in Romanos commemorasset, hoc adjunxit: « Pater, inquit, meus Hamilcar, puerulo » me, utpote non ampliùs novem annos nato, in » Hispaniam imperator proficiscens Carthagine, Jovi » Optimo Maximo hostias immolavit. Quæ divina res » dum conficiebatur, quæsit a me velemne secum » in castra proficisci⁴. Id quum libenter accepissem, » atque ab eo petere cœpissem, ne dubitaret⁵ ducere; tum ille: Faciam, inquit, si fidem mihi, » quam postulo, dederis. Simul me ad aram adduxit, » apud quam sacrificare instituerat⁶; eamque, ce- » teris remotis, tenentem jurare jussit, nunquam » me in amicitia cum Romanis fore. Id ego jusjuran-

¹ *Antiochus*. Llamado el Magno, rey de Asia, Siria, Media y Persia.

² *Neque id frustra fecissent*. Y habiendo logrado su intento.

³ *Ab interioribus consiliis segregari*. Que no le comunicaba como antes sus mas secretos designios.

⁴ *In castra proficisci*. Salir á campaña.

⁵ *Ne dubitaret*. Que no se detuviese.

⁶ *Instituerat*. Habia empezado.

» dum patri datum usque ad hanc ætatem ita con- » servavi, ut nemini dubium esse debeat, quin » reliquo tempore eadem mente sim futurus. Quare, » si quid amicè de Romanis cogitabis, non impru- » denter feceris, si me celaris; quum quidem bellum » parabis, te ipsum frustraberis¹, si non me in eo » principem² posueris. »

CAPÍTULO III.

Hanibal, nombrado general, sujeta á España, toma á Sagunto, y llega á Italia pasando por los Pirineos y los Alpes. (Año 336 de la fundacion de Roma, 218 antes de J. C.)

Hac igitur, quâ diximus, ætate cum patre in Hispaniam profectus est. Cujus post obitum, Hasdrubale imperatore suffecto, equitatu omni præfuit. Hoc quoque interfecto, exercitus summam imperii ad eum detulit. Id Carthaginem delatum, publicè comprobatum est. Sic Hannibal, minor quinque et viginli annis natus, imperator factus, proximo triennio³ omnes⁴ gentes Hispaniæ bello subegit; Saguntum⁵, fœderatam⁶ civitatem, vi expugnavit;

¹ *Te ipsum frustraberis*. Obrarás contra tus mismos intereses.

² *Principem*. Por el principal.

³ *Proximo triennio*. En los tres primeros años.

⁴ *Omnes*. Esto es muy disputable.

⁵ *Saguntum*. Ciudad bien celebrada. No tanto la arrasó Hanibal, quanto sus mismos ciudadanos, matándose y quemándose por no verse en manos de Hanibal.

⁶ *Fœderatam*. Aliada de los Romanos.

tres exercitus maximos comparavit. Ex his unum in Africam misit, alterum cum Hasdrubale⁴ fratre in Hispaniâ reliquit, tertium in Italiam secum duxit. Saltum Pyrenæum² transiit; quâcumque iter fecit, cum omnibus incolis conflixit; neminem nisi victum dimisit. Ad Alpes³ posteaquam venit, quæ Italiam a Galliâ sejungunt, quas nemo unquam cum exercitu ante eum, præter Herculem Graium, transierat (quo factis hodiè *Sallus Graius*⁴ appellatur); Alpico⁵, conantes prohibere transitu, concidit⁶; loca patefecit, itinera muniit, effecitque ut eâ elephantus ornatus⁷ ire posset, quâ antea unus homo inermis vix poterat repere. Hæc copias traduxit, in Italiamque pervenit.

⁴ *Hasdrubale*. Este Hasdrúbal era hermano, y el otro cuñado de Haníbal.

² *Saltum Pyrenæum*. Los Pirineos, que dividen la España de la Francia.

³ *Alpes*. Montes así llamados de *alpus*, que en lengua sabina es lo mismo que *albus*, por lo blancos que suelen estar con tanta nieve.

⁴ *Graius*. También se han llamado *Fœninæ Alpes*, por el paso de los Cartagineses.

⁵ *Alpico*. Los pueblos de aquellas montañas.

⁶ *Concidit*. Pasó á cuchillo.

⁷ *Ornatus*. Con todos sus aparejos y carga.

CAPÍTULO IV.

Hanibal vence á los Romanos cerca del Ródano, del Po, del Trebia, del lago Trasimeno y del pueblo de Canas.

Confluxerat apud Rhodanum⁴ cum Publio Cornelio Scipione consule, eumque pepulerat. Cum hoc eodem de Clastidio² apud Padum³ decernit, saucium inde ac fugatum dimittit. Tertio, idem Scipio cum collegâ Tiberio Longo ad Trebiam⁴ adversus eum venit: cum his manum conseruit; utrosque profligavit. Inde, per Ligures⁵ Apenninum⁶ transiit, petens Etruriam⁷. Hoc itinere adeo gravi morbo afficitur oculorum, ut postea nunquam dextero æquè bene usus sit. Quâ valetudine quum etiam nunc premeretur, lecticâque ferretur, C. Flaminium consulem, apud Trasimenum⁸ cum exercitu insidiis circum-

⁴ *Rhodanum*. Rio bien conocido, que tiene su origen en el lago de Ginebra, y corre por buena parte de la Francia. Algunos niegan que esta primera batalla se diese junto al Ródano.

² *De Clastidio*. Ciudad que hoy se llama *Chiastringo*, en la jurisdicción de Pavia.

³ *Padum*. El rio Po, que riega mucha parte de Italia.

⁴ *Trebiam*. El rio Trebia, que desde el Apennino corre á meterse en el Po.

⁵ *Ligures*. El Monferrato y Genovesado.

⁶ *Apenninum*. Monte que se extiende por Italia.

⁷ *Etruriam*. La Etruria ó la Toscana.

⁸ *Trasimenum*. Lago de este nombre, llamado ahora de *Perosa*.

ventum, occidit; neque multò post C. Centenium prætorem, cum delectà manu saltus occupantem. Hinc in Apuliam⁴ pervenit. Ibi obviam ei venerunt duo consules, C. Terentius [Varro] et L. Paulus Æmilius: utriusque exercitus uno prælio fugavit; L. Paulum consulem occidit, et aliquot præterea consulares², in his Cn. Servilium Geminum, qui anno superiore fuerat consul.

CAPÍTULO V.

Hanibal burla á Fabio con un ardid, y sale vencedor de Rufo, de Graco y de Marcelo.

Hac pugnà pugnata, Romam profectus est, nullo resistente: in propinquis urbis montibus moratus est. Quum aliquot ibi dies castra habuisset, et reverteretur Capuam³, Q. Fabius⁴ Maximus, dictator⁵ romanus, in agro Falerno⁶ ei se objecit. Hic, clausus locorum angustiis, noctu, sine ullo detrimento exercitùs, se expeditivit. Fabio, callidissimo imperatori, verba dedit⁷: namque obductà nocte, sarmenta in cornibus juncorum deligata incendit, ejusque

⁴ *Apuliam*. Provincia del reino de Nápoles.

² *Consulares*. Que habian sido cónsules.

³ *Capuam*. Ciudad de la Campania.

⁴ *Q. Fabius*. Llamado *Cunctator*.

⁵ *Dictator*. Magistrado que creaban en los peligros extraordinarios.

⁶ *In agro Falerno*. País de la Campania, célebre por los vinos.

⁷ *Verba dedit*. Engañó.

generis multitudinem magnam dispalatam¹ immisit. Quo repentino objectu² viso, tantum terrorem iniecit exercitui Romanorum, ut egredi extra vallum nemo sit ausus. Hanc post rem gestam non ita multis diebus, M. Minucium Rufum, magistrum equitum³, pari ac dictatorem imperio, dolo productum⁴ in prælium, fugavit. Tiberium Sempronium Gracchum, iterum consulem, in Lucanis⁵ absens⁶, in insidias inductum, sustulit⁷. Marcum Claudium Marcellum, quinquies consulem, apud Venusiam⁸ pari modo interfecit. Longum est enumerare prælia: quare hoc unum satis erit dictum, ex quo intelligi possit quantus ille fuerit. Quamdiu in Italià fuit, nemo ei in acie restitit; nemo adversus eum, post cannensem victoriam⁹, in campo castra posuit.

¹ *Dispalatam*. Esparcida, sin órden.

² *Objectu*. Espectáculo.

³ *Magistrum equitum*. General de la caballería.

⁴ *Dolo productum*. Empeñado con maña.

⁵ *In Lucanis*. Lucania, provincia que era de Italia.

⁶ *Absens*. Aunque aun estaba distante.

⁷ *Sustulit*. Le hizo perecer.

⁸ *Venusiam*. Venusia, ciudad de la Pulla.

⁹ *Cannensem victoriam*. La batalla de Canas en la Pulla. En la batalla de Canas es donde Hanibal dió una famosa derrota á los Romanos.

CAPÍTULO VI.

Llamado Hanibal al Africa para defender á su patria, es vendido en Zama por Escipion. (Año 541 de la fundacion de Roma, 205 antes de J. C.)

Hic invictus, patriam defensum revocatus, bellum gessit adversus P. Scipionem, filium¹ ejus, quem ipse primum apud Rhodanum, iterum apud Padum, tertio apud Trebiam fugaverat. Cum hoc, exhaustis jam patriæ facultatibus, cupivit impræsentiarum² bellum componere, quò valentior postea congregaretur. In colloquium convenit; conditiones non convenerunt. Post id factum paucis diebus, apud Zamam³ cum eodem conflixit: pulsus (incredibile dictu) biduo et duabus noctibus Adrumetum⁴ pervenit, quod abest a Zamâ circiter millia passuum trecenta. In hac fugâ, Numidæ⁵, qui simul cum eo ex acie excesserant⁶, insidiati sunt ei: quos non solùm effugit, sed etiam ipsos oppressit. Adrumeti reliquos ex fugâ collegit; novis delectibus, paucis diebus, multos contraxit.

¹ *P. Scipionem, filium.* Este hijo de P. Escipion vino á ser con el tiempo Escipion el Africano.

² *Impræsentiarum.* Al presente.

³ *Zamam.* Capital de Juba en la Numidia.

⁴ *Adrumetum.* Ciudad en la costa de Africa, hoy Tunez.

⁵ *Numidæ.* Los Númeridas, naturales de la parte de Africa llamada Numidia.

⁶ *Excesserant.* Se habian retirado.

CAPÍTULO VII.

Hanibal, despues de haber ajustado la paz, se acoge al rey Antioco, por temor de ser entregado á los Romanos. (Año 540 de la fundacion de Roma, 202 antes de J. C.)

Quum in apparando acerrimè esset occupatus, Carthaginienses bellum cum Romanis composuerunt. Ille nihilò seciùs exercitui postea præfuit, resque in Africâ gessit: itemque Mago frater ejus, usque ad P. Sulpicium et C. Aurelium consules. His enim magistratibus¹, legati carthaginienses Romam venerunt, qui senatui populoque romano gratias agerent, quòd cum his pacem fecissent, ob eamque rem coronâ aureâ eos donarent; simulque peterent ut obsides eorum Fregellis² essent, captivique redderentur. His ex senatùs consulto responsum est: « Munus » eorum gratum acceptumque esse; obsides, quo » loco rogarent, futuros; captivos non remissuros, » quòd Hannibalem, cujus operâ bellum susceptum » foret, inimicissimum nomini romano, etiam nunc » cum imperio apud exercitum haberent, itemque » fratrem ejus Magonem. » Hoc responso Carthaginienses cognito, Hannibalem domum Magonemque revocarunt. Hic, ut rediit, prætor³ factus est, postquam rex fuerat anno secundo et vicesimo. Ut enim Romæ consules, sic Carthagine quotannis annui bini

¹ *His magistratibus.* Siendo estos magistrados.

² *Fregellis.* Fregelas, ciudad de la Campania.

³ *Prætor.* Gobernador. Esta parece ser aquí la significacion.

reges creabantur. In eo magistratu pari diligentia se Hannibal præbuit, ac fuerat in bello. Namque effecit, ex novis vectigalibus¹ non solum ut esset pecunia quæ Romanis ex fœdere² penderetur, sed etiam superesset, quæ in ærario reponeretur. Deinde, anno post præturam, M. Claudio, L. Furio consulibus, romani legati Carthaginem venerunt. Hos Hannibal sui exposcendi gratiâ missos ratus, priusquam his senatus daretur³, navem conscendit clam, atque in Syriam ad Antiochum profugit. Hac re palam factâ, Pœni naves duas quæ eum comprehenderent, si possent consequi, miserunt; bona ejus publicarunt; domum a fundamentis disjecerunt; ipsum exsulem judicarunt.

CAPÍTULO VIII.

Hanibal excita en vano á los Cartagineses á que vuelvan á tomar las armas.

At Hannibal, anno tertio postquam domo profugerat, L. Cornelio, Q. Minucio consulibus, cum quinque navibus Africam accessit, in sinibus Cyrenæorum⁴, si fortè Carthaginenses ad bellum, Antiochi spe fiduciaque, inducere posset: cui jam persuaserat ut cum exercitibus in Italiam proficis-

¹ *Ex novis vectigalibus.* Con los tributos que de nuevo se habian impuesto.

² *Ex fœdere.* Segun lo pactado.

³ *Priusquam his senatus daretur.* Antes que se les diese audiencia en el senado.

⁴ *Cyrenæorum.* Ciudad de Africa.

ceretur. Huc Magonem fratrem excivit¹. Id ubi Pœni resciverunt, Magonem eadem, quâ fratrem absentem, pœnâ affecerunt. Illi, desperatis rebus, quum solvissent naves, ac vela ventis dedissent, Hannibal ad Antiochum pervenit. De Magonis interitu duplex memoria prodita est; namque alii naufragio, alii a servis ipsius interfectum eum, scriptum reliquerunt. Antiochus autem, si tam in agendo bello parere voluisset consiliis ejus, quàm in suscipiendo instituerat, propius Tiberi quàm Thermopylis² de summâ imperii dimicasset. Quem etsi multa stultè conari videbat, tamen nullâ deseruit in re. Præfuit paucis navibus, quas ex Syriâ jussus erat in Asiam ducere; hisque adversus Rhodiorum³ classem in Pamphylia mari conflixit. Quo quum multitudine adversariorum sui superarentur, ipse, quo cornu rem gessit, fuit superior.

¹ *Huc Magonem fratrem excivit.* Habia hecho entrar en este partido á su hermano Magon. Parece que tuvo dos hermanos de este nombre.

² *Propius Tiberi quàm Thermopylis.* Mas cerca del Tiber que del estrecho de las Termópilas. Hanibal queria que Antiocho atacase á los Romanos en Italia: pero Antiocho los atacó en las gargantas del monte Eta en la Tesalia. Estas gargantas se llaman *Thermopylæ*.

³ *Rhodiorum.* De los de Rodas.

CAPÍTULO IX.

Hanibal, despues de la derrota de Antiocho, burla la avaricia de los Cretenses.

Antiocho fugato¹, verens ne dederetur² (quod sine dubio accidisset, si sui fecisset potestatem³), Cretam⁴ ad Gortynios⁵ venit, ut ibi, quò se conferret, consideraret. Vidit autem vir omnium callidissimus, magno se fore in periculo, nisi quid providisset, propter avaritiam Cretensium. Magnam enim secum pecuniam portabat, de qua sciebat exisse famam. Itaque capit tale consilium: amphoras complures complet plumbo; summas operit auro et argento⁶. Has, præsentibus principibus, deponit in templo Dianæ, simulans se suas fortunas illorum fidei credere. His in errorem inductis, statuas æneas, quas secum portabat, omnes suâ pecuniâ complet,

¹ *Antiocho fugato*. Habiendo batido los Romanos á Antiocho.

² *Ne dederetur*. El ser entregado á los Romanos.

³ *Si sui fecisset potestatem*. Si no se hubiese recatado, si no se hubiese escapado, si hubiese esperado que se apoderasen de su persona. En general, y segun el Diccionario, *facere sui potestatem* significa dar audiencia, dejarse ver ó hablar fácilmente, ser accesible.

⁴ *Cretam*. Isla célebre, y de que tanto hablan los poetas.

⁵ *Gortynios*. Gortina, segun varios capital de Creta, hoy Candia.

⁶ *Summas operit auro et argento*. Por encima las doró y plateó, y les puso taponés de plata y oro.

easque in propatulo¹ domi abjicit². Gortyniitemplum magnâ curâ custodiunt, non tam a ceteris quàm ab Hannibale, ne quid ille, inscientibus his, tolleret, secumque duceret.

CAPÍTULO X.

Hanibal va á encontrar al rey Prusias, y consigue que se declare contra los Romanos. Estos favorecian á Eumenes, contra el cual Hanibal usa de un ardid para destruirle.

Sic conservatis suis rebus, Pœnus, illis Cretensibus omnibus, ad Prusiam³ in Pontum pervenit: apud quem eodem animo fuit erga Italiam; neque aliud quidquam egit, quàm regem armavit et exercuit⁴ adversus Romanos. Quem quum videret domesticis rebus minùs esse robustum, conciliabat ceteros reges, adjungebatque bellicosas nationes. Dissidebat ab eo pergamenus rex Eumenes⁵, Romanis amicissimus, bellumque inter illos gerebatur et mari et terrâ: quo magis cupiebat eum Hannibal opprimi. Sed utrobique Eumenes plus valebat propter Romanorum societatem: quem si removisset, faciliora sibi cetera fore arbitrabatur. Ad hunc interficiendum talem inivit rationem. Classe paucis diebus erant decreturi; superabatur navium multitudine; dolo erat pugnandum, quum par non esset armis. Impe-

¹ *In propatulo*. En público.

² *Abjicit*. Las amontonó, las hizo tender.

³ *Prusiam*. Prusias, rey de Bitinia.

⁴ *Exercuit*. Le amaestró.

⁵ *Eumenes*. Rey de Pérgamo en el Asia.

ravit quàm plurimas venenatas¹ serpentes vivas colligi, easque in vasa fictilia² conjici. Harum quum confecisset magnam multitudinem, die ipso, quo facturus erat navale prælium, classarios convocat, hisque præcipit ut omnes in unam Eumenis regis concurrant navem, a ceteris tantùm satis habeant se defendere; id facilè illos serpentium multitudine consecuturos. Rex autem quâ nave veheretur ut scirent, se facturum: quem si aut cepissent, aut interfecissent, magno his pollicetur id præmio fore.

CAPÍTULO XI.

Hanibal, peleando con Eumenes, arroja en sus naves unas ollas de barro llenas de serpientes.

Tali cohortatione militum factâ, classis ab utrisque in prælium deducitur: quarum acie constitutâ, priusquam signum pugnæ daretur, Hannibal, ut palam faceret suis quo loco Eumenes esset, tabellarium in scaphâ cum caduceo militis³; qui, ubi ad naves adversariorum pervenit, epistolam ostendens, se regem professus est quærere. Statim ad Eumenem deductus est, quòd nemo dubitabat aliquid de pace esse scriptum. Tabellarius, ducis nave declaratâ suis,

¹ *Venenatas.* Bajo el nombre de serpientes se pueden entender otras varias sabandijas ponzoñosas.

² *Fictilia. De barro.*

³ *Tabellarium in scaphâ cum caduceo militis.* Le envía un rey de armas con una carta en un esquite, lo que ahora se llama un tambor. *Caduceo* es la vara semejante á la de Mercurio, de que tanto hablan los poetas.

còdem unde ierat se recepit. At Eumenes, solutâ epistolâ, nihil in eâ reperit, nisi quod ad irridendum eum pertineret⁴. Cujus etsi causam mirabatur, neque reperiebatur, tamen prælium statim committere non dubitavit. Horum in concursu, Bithynii, Hannibalis præcepto, universi navem Eumenis adoriuntur. Quorum vim quum rex sustinere non posset, fugâ salutem petiit, quam consecutus non esset, nisi intra sua præsidia² se recepisset, quæ in proximo littore erant collocata. Reliquæ pergamenæ naves, quum adversarios premerent acrius, repentè in eas vasa fictilia, de quibus suprâ mentionem fecimus, conjici cœpta sunt. Quæ jacta initio risum pugnantibus concitarunt; neque, quare id fieret, poterat intelligi. Postquam autem naves completas conspexerunt serpentibus, novâ re perterriti, quum quid potissimùm vitarent non viderent, puppes averterunt³, seque ad sua castra nautica⁴ retulerunt. Sic Hannibal consilio arma Pergamenorum superavit; neque tum solùm, sed sæpe aliàs, pedestribus copiis, pari prudentiâ pepulit adversarios.

⁴ *Nisi quod ad irridendum cum pertineret.* Nada sino chanzas ó burlas contra su persona.

² *Præsidia.* Fortalezas.

³ *Puppes averterunt.* Volvieron proas.

⁴ *Ad sua castra nautica.* Véase el cap. 8 de la vida de Alcibiades, donde se explica la significacion de *castra nautica*.

CAPÍTULO XII.

Hannibal se envenena para no caer vivo en poder de los Romanos. (Año 572 de la fundacion de Roma, 182 antes de J. C.)

Quæ dum in Asiâ geruntur, accidit casu, ut legati Prusiæ¹ Romæ apud L. Quintium Flaminium consularem cœnarent; atque ibi de Hannibale mentione factâ, ex his unus diceret eum in Prusiæ regno esse. Id postero die Flamininus senatui detulit. Patres conscripti, qui, Hannibale vivo, nunquam se sine insidiis futuros existimabant, legatos in Bithyniam miserunt, in his Flaminium, qui a rege peterent ne inimicissimum suum secum haberet, sibi que ut dederet. His Prusias negare ausus non est; illud recusavit, « ne id a se fieri postularent, quod adversus » jus hospitii esset: ipsi, si possent, comprehenderent; locum, ubi esset, facillè inventuros. » Hannibal enim uno loco se tenebat, in castello² quod ei ab rege datum erat muneri; idque sic ædificarat, ut in omnibus partibus ædificii exitum sibi haberet, semper verens ne usu veniret quod accidit. Huc quum legati Romanorum venissent, ac multitudine domum ejus circumdedissent, puer, ab januâ prospiciens, Hannibali dixit plures præter consuetudinem armatos apparere. Qui imperavit ei ut omnes

¹ Prusiæ. De Prusias.

² Uno loco se tenebat, in castello. Se mantenía en un castillo, sin ir á otro lugar alguno. Dicen algunos que se llamaba Lybusa.

fures ædificii circumiret, ac propere sibi renuntiaret num eodem modo undique obsideretur. Puer quum celeriter, quid esset, renuntiasset, omnesque exitus occupatos ostendisset, sensit id non fortuito factum, sed se peti, neque sibi diutiùs vitam esse retinendam; quam ne alieno arbitrio dimitteret, memor pristinarum virtutum, venenum⁴, quod semper secum habere consueverat, sumpsit.

CAPÍTULO XIII.

Hannibal empleó el tiempo de su vida dedicándose á las letras y al ejercicio de las armas.

Sic vir fortissimus, multis variisque perfunctus laboribus, anno acquievit septuagesimo. Quibus consulibus interierit, non convenit. Namque Atticus, M. Claudio Marcello et Q. Fabio Labeone consulibus mortuum, in annali suo scriptum reliquit; at Polybius, L. Æmilio Paulo et Cn. Bæbio Tamphilo; Sulpicius autem, P. Cornelio Cethego et M. Bæbio Tamphilo. Atque hic tantus vir, tantisque bellis districtus, non nihil temporis tribuit litteris. Namque aliquot ejus libri sunt, græco sermone confecti: in his ad Rhodios, de Cn. Manlii Vulsonis in Asiâ rebus gestis. Hujus bella gesta multi memoriæ prodiderunt; sed ex his duo qui cum eo in castris fuerunt, simulque vixerunt, quamdiu fortuna passa est, Silenus⁵ et Sosilus⁵ Lacedæmonius; atque hoc Sosilo Hannibal

⁴ Venenum. Algunos dicen que lo llevaba en un anillo.

⁵ Silenus. Otros le llaman Philinus.

⁵ Sosilus. Autor que supo mal el griego.

litterarum græcarum usus est doctore. Sed nos tempus est hujus libri facere finem, et Romanorum explicare imperatores¹, quò facilius, collatis utrorumque factis, qui viri præferendi sint, possit judicari.

XXIV.

M. PORCIO CATON.

CAPÍTULO I.

Origen de Caton : lleva consigo á Roma al poeta Enio. (Año 550 de la fundacion de Roma, 204 antes de J. C.)

Cato², ortus municipio³ Tusculo⁴. Adolescentulus, priusquam honoribus operam daret, versatus est in Sabinis, quòd ibi heredium a patre relictum habebat. Hortatu L. Valerii Flacci, quem in consulatu censuræque habuit collegam, ut M. Perperna Censorius⁵ narrare solitus est, Romam demigravit, in foroque

¹ *Romanorum explicare imperatores.* Dar á conocer los generales romanos.

² *Cato.* Llamado Porcio Caton el mayor, Censorino.

³ *Municipio.* Ciudad municipal era la que se gobernaba por sus leyes propias, aunque sus habitantes gozaban del derecho de ciudadanos romanos.

⁴ *Tusculo.* Túsculo, ciudad del antiguo Lacio, hoy *Frascati*.

⁵ *Censorius.* Así llamado por lo que se hizo temer siendo censor.

esse cœpit¹. Primum stipendium meruit² annorum decem septemque. Q. Fabio Maximo, M. Claudio Marcello consulibus, tribunus militum³ in Sicilia fuit. Inde ut rediit, castra secutus est C. Claudii Neronis, magnique ejus opera æstimata est in prælio apud Senam⁴, quo cecidit Hasdrubal, frater Hannibalis. Quæstor obtigit⁵ P. Corn. Scipioni Africano consuli; cum quo non pro sortis necessitudine⁶ vixit: namque ab eo perpetuâ dissensit vitâ. Ædilis⁷ plebis factus est cum C. Helvio. Prætor⁸, provinciam obtinuit Sardiniam, ex quâ quæstor, superiore tempore, ex Africâ decedens, Q. Ennium⁹ poetam deduxerat: quod non minoris æstimamus quàm quemlibet amplissimum sardiniensem triumphum¹⁰.

¹ *In foroque esse cœpit.* Y empezó á seguir la carrera civil ó del senado.

² *Primum stipendium meruit.* Hizo su primera campaña.

³ *Tribunus militum.* Equivalia á coronel ó brigadier.

⁴ *Senam.* Siena, Sena ó Senogalia, ciudad en la costa del mar Adriático, cerca de la Marca de Ancona.

⁵ *Quæstor obtigit.* Le tocó por suerte el empleo de cuestor, que se reducía al de tesorero ó comisario de guerra.

⁶ *Pro sortis necessitudine.* Segun lo pedía la buena correspondencia de la suerte que le habia tocado.

⁷ *Ædilis.* Edil era el que tenia á su cargo la inspeccion de los edificios.

⁸ *Prætor.* Pretor algunas veces, como aquí, significa general.

⁹ *Ennium.* Enio el primer poeta heróico latino de que se tiene noticia. Dúdase de su patria.

¹⁰ *Quàm quemlibet amplissimum sardiniensem triumphum.* Que el mas cumplido triunfo que la conquista de Cerdeña le hubiera podido merecer.